Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770848-p0001-6

9.17
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI–j
SIGNAT. ClↃIↃCCCXIII.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770848-p0002-1

301

# SVPREMVM HONORIS OFFICIUM,

QVOD

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, DOCTISISMO ET PRAECELLENTISSIMO

DOMINO

# M. JOHANNI PEISKERO,

POET. LAVR. CAES. LYC.

OPPID. VITEMB. RECTORI MERITISSIMO, NEC NON ILLVSTRIS SOCIETATIS TEVTON. COLLEGAE,

DIE VII. FEBR. A. R. S. MDCCXI.

*PLACIDISSIMO FATO DEFVNCTO,*

XIII. EJUSD.

PVBLICE MAGNA ET SPLENDIDA

PATRVM AC CIVIVM

FREQVENTIA ELATO,

DOLORIS SIGNIFICANDI CAVSA

PRAESTITERVNT

PATRES AC CIVES ACADEM. VITEMBERGENSIS.

---

*VITEMBERGAE*, PRELO KREVSIGIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770848-p0003-7

SAlve ſancte Senex: ſidus, PEISKERE, Lycei
Coeleſtis ſalue, Fama perennis erit.

*Supremis Viri honoribus ſcrib.*

IO. HENRICVS FEVSTKINGIVS, D.
Academiae h. t. Pro-Rector.

---

TV *mihi ſerviſti pulchre, PEISKERE beate,*
*Intra nunc Domini in gaudia mille Tui.*

Hæc pauca ultimis honoribus Rectoris PEISKERI, Viri de Schola Vitembergenſi optime meriti, merito debet

CASPARVS LOESCHERVS, D.

---

QVos arſit SIMEON, arſit PEISKERVS, amores:
Quamque habuit SIMEON, fovit, et HICCE, fidem.
Quam SIMEON vidit, lætas quem ſumpſit in ulnas,
Nunc vidit, amplexuque excipit ILLE ſuo.
Qui SIMEONITICÆ fuerat pietatis amator,
In SIMEONITICÆ gaudia PACIS adit.

*In beatam ἀπόλυσιν pii, ac de juventute præclare meriti Senis ſcrib.*

GOTTLIEB WERNSDORFIVS, D.

---

P*EISKERO moriente cadit lyra docta ſub umbras:*
*Integra ſub noctem non ita fama cadit!*

Poetæ non ignobilis obitum dolebat ex merito
MARTINVS CHLADENIVS, D. PP.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770848-p0004-2

So ſchlaff nun/ Seeliger / und ruh' in Deiner Kammer/

Nachdem Du in der Welt dein Amt haſt wohl verricht;

Du nimmſt nur mit ins Grab / den hier erlittnen Jammer

Und findeſt wohl erfüllt / was GOttes Wort verſpricht.

Gottfried SVEVUS, D.

---

MOrtalem fas eſt aliquando ponere Vitam
Debita Naturæ & ſolvere quemque ſuæ.
Maturus PEISKERE ſatis marceſcere viſus
Morti, nunc ſenii frigida bruma fuit.
Illa TIBI dulcis multorum meta laborum,
Attamen & doctis & per amara TUIS
Conſilio quid ſit, gravius ſentire videntur,
Præſidioque boni pene carere Ducis.
Hinc merito incedunt lugubri voce Camœnæ
Et triſtes planctus ad Tua buſta cient

*Honori ultimo Viri de Schola optime meriti debet*

CHRISTIANUS VATER, D. PP.
Arch. Anhalt.

---

ES geh't ein werther Mann zu ſeiner Seelen-Ruh /
Und ſchlüſſet Lebens ſatt die müden Augen zu /
Ein Mann / wie jeder weiß / der in der gantzen Stadt
An Treu und Redlichkeit kaum Seines gleichen hat.
So geh't es in der Welt / wir müſſen alle dran ;
Wohl dem der an die Reyh mit Freuden gehen kan /
Denn / wenn die Stimme rufft : Beſtelle Menſch dein Hauß /
Es iſt mit Deinem Thun und gantzen Leben aus /
Kein Böſes iſt bewuſt ; Denn Sein Gewiſſen nicht
Mit tauſendfacher Angſt im Sterben widerſpricht /
Da muß das Toden-Bett Elias Wagen ſeyn /
Da führet uns ein Sarg zu denen Schaaren ein /
Wo lauter Freude blüht ; wo unſers Peißkers Geiſt
Des Allerhöchſten Huld mit tauſend Liedern preiſt.
So iſt Er recht beglückt / zumahl da noch die Welt
Von Seinen gantzen Thun ein gutes Urtheil fällt /
Bey Seiner Toden-Grufft viel friſche Blumen ſtreut /
Und auff den Marmor ſetzt : Hier ſchläfft die Redlichkeit.

Johann Carl NÆVIUS, D.

*PEISKERVM, dum ſerus obit fata, Virorum*
*Serius amiſſum ſeria Muſa dolet;*
*Atque adeo luget ſera una Fama, vetatque*
*Elogio dignum nobiliores mori.*

HENR. LEONH. SCHVRZFLEISCHIVS, D.
h. t. Decanus.

SIccine PEISKERVS, felix in pulvere ludi
Hercules, in tacito pulvere morte jacet?
Siccine qui multos e pulvere duxit ad aſtra,
Pulvere ſub gelido conditur ipſe ſoli?
Scilicet affectat primum res quaelibet ortum,
Corpus erit pulvis, ſpiritus aſtra petit.

*Honori ultimo Viri de re literaria inſigniter meriti, pauca haec dabat.*

IO. CHRISTOPH VVICHMANNSHAVSEN,
LL. OO. Prof. Publ.

*QVi meritum Emeriti nomen cum laude tuliſti,*
*Tot ſtudiis annos expoliendo Scholas.*
*Abſque tuis meritis, meritis & Sanguine Chriſti,*
*Intras Emeritus Tuta palatia Poli.*

GEORG. FRID. SCHROEER, D.
& P. P.

ET te non lacrimis decorem, non funera fletu,
Dive ſenex, faxim? currite lacrimulae.
Occidit inſignis, venerabilis, optimus idem,
Ac priſca clarus vir pietate, fide.
Collugent Muſae, moeſtus comparet Apollo,
Ipſe Helicon plangit, barbita fracta jacent.

*Antiquae virtutis, fidei ac eruditionis deſiderio affectus lugens ſcrib.*

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, PP.

*TAnquam Parca mihi rapuiſſet, denuo patrem,*
*Sic ego, diue, tua moereo morte, Senex.*
*Ille, mihi raptus, te ſolum liquit amicum,*
*Qui iuueni cuperet, porrigeretque manum.*
*Patris fugerunt una cum patre ſodales:*
*Vnus ſeruaſti, care Variſce, fidem.*
*Tu, faſſus Pyladis nomenque, decusque paterni,*
*Mecum inſtauraſti foedus amicitiae.*
*Nunc at amicitiae ſua candor lumina claudit:*
*Concedit fatis alter et ipſe parens.*
*Tu tamen, alme Senex, nobis memoraberis uſque;*
*Laus tua nec poſt nos parua ſuperſtes erit.*

VIRI celeberrimi, deque ſe olim optime meriti, obitum acerbe luget

IO. ANDREAS PLANERVS, Prof. Publ.

Car-

CArmine dignus erit PEISKERVS, carmine clarus
Qui fuit, et novit concelebrare bonos.

HENR. Klauſing/ SS. Th.
Doct. et Moral. Pr. P.

---

VAde Senex, & celſa poli jam tecta capeſſe,
Namque Tuo functus munere lætus abis.

A. BRENDELIVS, D. PP.

---

*EHeu PEISKERVS gelida modo morte ſolutus*
*Supremo clauſit lumina cara die.*
*Dignus erat terris VIR CLARVS, dignior aſtris;*
*Aſtrisque ut fuerat dignior, aſtra tenet.*
*Semper ego nomenque tuum laudesque ſonabo,*
*PEISKERE, o ſummos inter habende Viros!*
*Interea quæcunque Tibi rata ſigna volentes*
*Ponimus ad tumulum, thurea grana putes.*
*Et tuus ætheria requieſcat ſpiritus arce,*
*At terræ recubent molliter oſſa ſinu.*

Beato Viro, Præceptori olim ſuo meritisſimo, piæ memoriæ cauſa, lubens, lugensque f.

ERNESTVS CHRISTIANVS Schrödter/
Mathem. Inf. Prof. Publ.

---

ARma ſonant terris, clypeos quatit undique miles,
Fortunam quamvis fata ſubire jubent;
Felix PEISKERVS, rebus qui exemtus acerbis
Sub Clypeo Jovæ tutus ab hoſte manet.

JO. CASPAR BRENDELIVS, D.

---

*HI, quibus effrenem ſtat cura domare juventam,*
*Non leve ſupplicium tolerant, ſed quale, decoram*
*Qui ſubiere necem pro relligione, tulerunt.*
*His igitur ſimiles coeleſti ſede recepti*
*Fulgent, atque pares oſtentant fronte coronas.*

A. LEYSER, Jur. D. & PP. Extr.

---

E ludo in ludum, PEISKERE, revertis, in altam
Deſerta veniens inferiore ſcholam.
Inferior minuit tua gaudia ſæpius, alta
Auget & æternum gaudia continuat,

JOHANNES GOTTOFREDVS Kraus/
J. U. D.

SIccine poſt uarios linquis, PEISKERE, labores
Collegas, turmas, pulpita docta Scholae?
Et tandem felix, ſpernendo ſplendida mundi,
Coelica caſtra petis, proſperiora ſimul
Gaudia cum cunctis capis inde piisque Tuisque;
Quae totum ſuperant proſperitatis opus.
His illis merito dignus, *Venerande Magiſter*,
Ac, ut perpetuo ſint meliora, precor!

*Haec moeſtisſimo calamo Dn. Praeceptori ſuo ad cineres uſque venerando adiicere uoluit ac debuit.*

CHRISTIANVS Hoffmann/ Phil. et I. V. D.

---

*AErumnis functus Diuus, quae mole ſcholarum*
*Doctores triſti ſternere quosque ſolent.*
*Vocibus enarrat laetis, quae gaudia fidis*
*Conferat immenſi gratia ſumma DEI.*

CHRISTOPHORVS HENRICVS BERGERVS, D.

---

FOrtunate Senex terrarum vincula rumpis
Caſus poſt duros coelica tecta petens.
Vivis, nam virtus poſt triſtia fata triumphat,
Vivis, nam votis gaudia firma manent.

MICHAEL Gottfriedt Ziegra/ Medic. Doct. *deprop.*

---

ERgone PEISKERVS tenues quoque ceſſit ad umbras,
O et delitium, et gloria noſtra jacet.
Qui docuit multos artes et commoda ſancta,
Fata ah! ſanctorum, jam ſua morte docet.
Nam vidit noſter rerum diſcrimina multa,
Et vitae ſaturum, ſopiit alta quies.
At Tu Muſarum formator prime mearum,
Vive, vale, tellus molliter oſſa tegat.

M. G. LOESCHERVS, Med. D.
et P. P. Extraord.

---

## An den Seelig-Verſtorbenen!

KAum hatten wir geſehn/ wie Simeon verſchieden
Und mit was Muthe er gieng auf die Todes-Bahn;
So fährſtu/ Werther Greiß/ Ihm nach in ſüßen Frieden/
Der Leib geht in das Grab/ der Geiſt ſteigt Himmel an.

Das

Das macht/ du lebteſt gern/ wie Simeon/ auf Erden/
Drum muß dein Ende auch recht Simeoniſch werden.

Darüber bricht nun wohl das treue Witben-Hertze/
Die Freunde ſehen Dir mit naßen Augen nach;
Doch lindert ſich da durch der allerherbſte Schmertze/
Wenn man bedenckt was noch dein Mund zum letzten ſprach:
Gar wohl! ſprachſtu da man von deinem JEſu ſagte/
Und dich/ wie du in Ihm dich itzt befändeſt/ fragte.
Gar wohl! Ja freylich wohl! Du hielteſt Ihm im Glauben/
Und er mit Liebe Dich/ Du wareſt ſein/ er Dein;
Dich konte niemmer nichts aus ſeinen Händen rauben/
Wie kont es anders Dir/ als wohl und Gar wohl ſeyn?
Nun iſt es vollend wohl und Gar wohl mit dir worden
Wenn Du lebſt nunmehr ſchon im Auſerwehlten Orden.

Zu letzten Ehren dem Seel. Hn. Rectori und derer betrübten Troſt ſchriebs

L. Johann Hieronymus de Wedig/
Archi-Diac.

---

QVod, PEISKERE, Tibi votis precibusque petebas,
Spe non fruſtratus, Numine dare capis.
Scilicet exuviis poſitis, vinclisque ſolutus
Corporis, ex voto tecta beata tenes.

*Memoriae Viri de juventute Scholaſtica meritisſimi ac pie deſumti dabat*

M. AVGVSTVS VVOLFIVS, Eccleſiaſt.

---

*SIt tranquilla TIBI requies, placideque quieſcas*
*Inter honoratos, vive beatus, Avos.*
*Nos quoque mox laeti Te ſorte videbimus una*
*Inter Coeleſtes, dum vocat hora: Vale.*

Ita ſupremis honoribus Rectoris emeriti applaudit

M. IO. HENRICVS REISMANNVS, Eccleſ.

Ein treuer Schulmann ſtirbt / ein Vater vieler Kinder /
Der ſie mit allem Fleiß gelehrt und klug gemacht /
Der in der Poeſie geweſen ein Erfinder /
Den die Genoſſenſchafft vor viele hochgeacht:
Herr Weißker geht dahin / ein Mann von achtzig Jahren /
Der Zwey und viertzig Jahr der Schule hat gedient:
Die ſpäte Nachwelt wird ſein Bildniß wohl verwahren /
So lang die Elbe ſteht / und eine Lorbeer grünt.

M. HERMANN Becker / Adj.

---

PLuribus, officium gratum, *divine Poeta*,
Præſtabas pangens *carmina culta*, *Viris.*
Poſtulat hinc *æquum* pariter *pronam* tibi *mentem*
Teſtemur: *laudes* cujus in *orbe ſonant.*
Hæc tamen eſt *votorum Summa*, BEATE, *piorum*,
Quæ fieret *vivo penſio juſta* tibi.
Aſt cum non liceat *vegeto* hæc penſare, BEATO
*Officium ſummum* pendere, credo, ſat eſt.

μνημόσυνον, quod, Viro de re Literaria & juventute Scholaſtica præclare merito, integer appendit animus

M. GEORGI MICHAELIS CASSAI, Hungari,
Ordinis Sapientum Aſſeſſoris.

---

*RAra cui vegeto placidæ fortuna ſenectæ*
*Et varius doctæ contigit artis honor,*
*Cœleſti tandem redimitus carmina lauro*
*Angelicis pangit conſocianda modis.*

Supremo optimi Senis honori
l. m. q. d.

M. JO. GVIL. JANVS, Ord. Phil. Adj.

---

QVi ſe diſcipulosque ſuos qui rexerit apte,
Is demum Rector jure vocandus erit.
Sunt equidem multi Rectores, ſed ſine recti
Notitia, quorum ridiculum eſt regimen.
Non his adnumerandus erat PEISKERVS amandus.,
Nam bene ſe rexit diſcipulosque ſuos.

*In abitum non obitum Venerandi Senis*
*pauca hæc dabat*

M. JO. JACOBVS Ferber / Argentor.
SS. Theol. Cand. & Fac. Phil. Adjunct.

---

*CVm Simeone fide longinquam uiuere uitam*
*Nouerat, et Diuus cum Simeone mori:*
*Laetis poſt uitam Chriſtum complectitur ulnis,*
*Nouerat in uita quem tenuiſſe fide.*

Ita ultimum officium Diuo D. Peiskero, Viro Clariſſimo; feſtinante calamo praeſtitit

M. FRIDERICVS STRVNZIVS, SS. Theol. Cand
et Ord. Philoſ. Aſſeſſ.

Æquam

Æquam memento rebus in anxiis
Servare mentem, non ſecus ac bonis
Ab inſolenti temperatam
Laetitia, viduata mare

Nam ſi maritus temporibus diem
His non obiſſet candidus ultimum,
Ipſe fuiſſet mox cadendum,
Nactus erat querulos quod annos.

Vitam perennem quin etiam trahit
Tutor piorum, cunctipotens DEVS
Alturus orbam Te, perinde
Ac Te aluit ſocio vigente.

*Viduam moerori indulgentem conſolaturus*
*ſcribebat*

M. IOANNES ADAMVS CALO, Ord. Phil. Adjunctus, & SS. Theol. Candidatus.

---

DIve Senex, *ſatur ætatis, ſic fluxa relinquis,*
*Gaudia ſic, precibus tot repetita, capis.*
*O Te felicem, quem non tenet ardua cura!*
*Felix, qui tecum tecta beata ſubit!*
*Hinc grandævus abis, ſed erit tua fama ſuperſtes,*
*Gratior ingenuis Peiskeriana fides.*

M. JO. ANDR. KNOBLACH, Ord. Phil. Adj.

---

DEſine mirari PEISKERVM linquere ludum,
Ad ludum cœli rite vocatus erat.

M. DAN. THEOD. LEHMANNVS, Ord. Phil. Adj.

---

Du Ehren-voller Greiß / laß dich zum letzten küſſen /
Nimm meiner Thränen-Saltz zum Freundſchaffts-Opffer an /
Ich ſoll Dich / werther Mann / ins künfftige vermiſſen
Den ich mein Hertz vertraut als treuen Jonathan.
Gewiß es will mein Hertz in tauſend Stücken brechen /
Die Hand erſtarrt und ſinckt / die Zunge kan nicht ſprechen.

Warum? mein ander Ich wird in die Grufft geſencket /
Mit dem ich jederzeit nur eines Sinnes war
Der mir Sein treues Hertz als groſſen Schatz geſchencket /
Der nicht mit mir gezürnt / liegt auff der Todten-Baar.
Mit dem ich lange Zeit den Schulſtaub auch ertragen /
Den muß ich nun als Todt mit langem Ach beklagen.

Doch weg mit ſolchem Weh / Du biſt zur Ruhe kommen /
Dich ſchmücket JEſu Hand mit Sieges-Palmen aus /
Der Jammer drückt uns noch / Du biſt der Angſt entnommen /
Geh ein getreuer Knecht / rufft GOtt ins Ruhe-Hauß /
Mein Hertze ſey nur ſtill / ich muß Ihn zwar vermiſſen /
Mein JEſus kömmt auch bald / und läſſet mich Ihn küſſen.

Hierdurch wollte ſeine dem Wohl-Seeligen und zwar hochgeehrten Hn. Gevatter und werthgeſchätzten Collegæ ſtets gewidmete Freundſchafft u. auch im Tode unveränderes Andencken wehmüthig bezeigen

Johann Ulich / Cantor und Chori Muſici Director.

SEh' Welt / (*) es kömmt ja GOtt / nun auch zu denen Schwachen /
Die Er im Himmel will friſch / ſtarck und frölich machen;
Herr PEJSKER geh't voran / biß andre folgen nach /
Die du belohneſt nur mit Spot und Ungemach.
Dem allen biſt du ſchon Wohlſeeligſter entgangen
Und dafür Gnaden-Lohn nach deinem Schweiß empfangen;
Mit einem Ehren-Kleid prang'ſt du vor GOttes Thron /
Dein graues Haupt das trägt die unverwelckte Cron /

(*) Vor wenig Jahren hat man ſich bekümmert warum GOtt nicht die Alten ſondern die Jungen hin nehme.

Dem Wohl-Seeligen Herrn Rectori als Seinem groſſen Gönner und geehrten Herrn Gev. wolte mit dieſem ſeine letzte Pflicht beweiſen

M. J. PILARIK, C. V.

---

EHeu! Pierius Vates obmutuit ore
Preſſo, dulce melos ſurripuitque ſolo.
Flumina cygnus amans fertur, cum ſpicula mortis
Sentit, dulciſonos ore ciere modos. (1)
Haec plerisque quidem ſententia ficta videtur; (2)
Aſt illam penitus ſponte lubensque probo.
Albiacus noſter cygnus moriturus ab ore
Fundebat cantus mellifluosque ſonos. (3)
Iam moritur vates, tactus ceu fulminis ictu,
Deſinit atque ſuos ingeminare modos.
Quid mirum? reliquos ſocios conſurgere cygnos,
Huius qui triſti funera voce gemunt.
Anſer ego pariter ſtrepitus nunc inter olores
Tollens cum cantu murmura iungo mea.
Cygnum deploro compreſſum morte, precatus,
Exſurgant alii vi numeroque pares!

(1) vid. Cicero in Tuſcull. & Martialis Lib. XIII.

(2) conf. Plinius, Aelianus, Scaliger, Bodinus et omnes hodierni Myſtae naturae, qui ſine certo aliquo experimento hoc de cygnis proditum eſſe arbitrantur.

(3) In eo hucusque B. Vir fuit, ut ſuam Manuductionem Poeticam, quinquies iam typis ex ſcriptam, denuo, ſed politiorem et elegantiorem, prelo ſubiiceret. Correxit proinde et emendauit multa in ea, atque adeo paulo ante ſuum obitum maiori, quam olim, ſuauitate cecinit. Sic fuit cygnus cantator funeris ipſe ſui,

*Percelebrem Poetam, Rectorem Lycei Vitembergenſis praeclare meritum, ſuumque, cum viueret, Fautorem optimum hoc epicedio ornare debuit*

M. CHRIST. FRIDER. KRANEVVITTERVS Chemnicenſ.
Poeta coronatus

---

## Sonnet

WEr muß durch ſauren Schweiß ſein zeitlich Leben laſſen /
So bey Verdruß in Müh und dicken Schul-Staub ſchwitzt.
Denn ob der Treue Fleiß ſchon müder Jugend nützt /
So pflegt die ſchlimme Welt doch gute Zucht zu haſſen /
Und kan bey ſolchen Fall ein Lehrer ſich nicht faſſen /
Wenn Neid und Feinde Grimm als Wetter auff ihn blitzt /
So wird von Blinden Zorn das Hertz und Blut erhitzt.
Wohl dieſen die mit Ruhm auff ſolchen Tand nichts paſſen!

Du

Du biſt / o Seeligſter / nach vieler Müh geſtorben /
Dein Leben haſt Du ja in Lehren zugeſetzt /
Drum hat Dein ernſter Fleiß ein ſolches Lob erworben
Daß Fama dieſen Spruch in Gold und Marmor ätzt;
**Kan nur mit Iſrael ein Schul-Mann viel vertragen /**
**So wird er gantz gewiß von langen Leben ſagen.**

Zum ſteten Nachruhm wollte dieſes wenige hinzufügen
M. George Friederich Rau.

---

## MADRIGAL.

SO viel Köpffe / ſo viel Sinne /
Und die bringt man nicht unter einen Huth;
Wenn der nach Geld und Reichthum geitzig thut /
So wird von dem die Wolluſt auserſehn
Doch iſt es bald um ſolchen Tand geſchehn.
Da wird nun der als Thor und Narr verrachtet /
Weil ſich die Welt ins Zeitliche verliebt /
Der bloß nach dem / was himmliſch heiſſet trachtet /
Und ſeinem GOtt ein treues Hertz ergiebt:
O Seeligſter bey Deinen ſchweren Sorgen
Gieng doch Dein Hertz beſtändig Himmel an /
Der Abend kahm nach einen muntern Morgen /
Und niemahl warſt Du nicht den eiteln zugethan.
**Ein Frommer kan ein Himmels-Bürger werden**
**Ein Böſer hat den Himmel auf der Erden.**

Mit dieſen wenigen und einfältigen Zeilen wollte des Seeligen Hn.
Rectoris ſonderbahre Gottesfurcht nach ſeinen Todt rühmen
M. Joh. Chriſtian Ehrhardt / P. L. C. S. S. Theol. Stud.

---

Sol ich Dich Seeligſter! vor uns jetzt ſehn verſchwinden?
Sol ich Dich groſſer Freund dann nun nicht wieder finden?
Was hilffts! der blaſſe Tode rafft ſolche Seelen fort /
Worinnen Frömmigkeit geheiligt ihren Ort.
Dein treffliches Gemüth / daß Dich vor andern zierte /
Darinnen GOttesfurcht als Königin regierte /
Bleibt ſtets der Nachwelt kund / ſelbſt die Gelehrſamkeit
Richt Dir ein Denckmahl auf / in dieſer Eitelkeit.
Du ſolt bey mir auch ſelbſt ſtets in Gedancken leben /
Und was ich nicht vermag / wird Dir die Fama geben.

Dieſes ſetzte der hinterbliebenen Frau Wittwen zum Troſt / aus hertzlichen Mittleiden
Chriſtian George Bebel / A. Art. Sal. C.

---

BEdauret doch mit mir den Mann von hohen Gaben /
Der Mann der ſehr berühmt und ſich verdient gemacht:
Denn Er liegt ſchon im Sarg / und wird nunmehr begraben /
Drum wünſchet Ihm die Ruh / biß Er dereinſt erwacht.

Hiermit wollte ſeine gebührende Condolence ablegen
M. Chriſtoph Wilhelm Stephens.

---

CAndore ingenioque Senem, ſolitia Pindi,
Perdidimus, Muſæ, lugite Pierides!
Erigite huic veſtro monumenta levamina luctus
Quæ ſi non templi, mentis habere poteſt.

*Hiſce luctum ponitur atque officum teſtatur*
M. IO. VILELMVS SALLSTREMIVS.

Non

NOn periit periens PEISKERVS morte peremtus,
Tranſiit ad Superos, gloria in orbe manet.
Vita fugit, denſæque oculos meſſere tenebræ,
Vivere jam ceſſans vivit in arce ſacra,
Iamque DEO propior gaudet cognoſcere ſedem
Sanctorum optatam, Regna beata Poli

*Hiſce manibus beatiſſimis PEISKERI, Parentis ſui luſtr. olim Præceptoris optimi ſenio confecti de felicitate æterna gratulari voluit*

M. IOH. STEPHANVS PILARIK, Witt. S. Alumn. R. Elect.

---

PEISKERVM, ingeniis renitens *Variſcia* donat,
Hujus & eximias *Saxonia* ornat opes.
Gratus utrique fuit, natus Patriæ, incola Matri:
Hanc docuit, celebri nomine adauxit eam.
Nunc, *Viteberga*, tui deponit ſceptra Lycei,
Quadraginta annos queis fuit ipſe decus.
*Langenberga*, Tibi vale dicit gnatus et optat,
UT memor usque DEI ſis, memor atque ſui.
Felix orbe *Senex octogenarius* exit
Atque polo reperit proſperiora ſolo.
Hic crucis adflixit, ſed ibi ſchola lucis aperta
Commulcet meritum de ſtatione ſua.
Quam vellem *Divus* mihi viveret ipſe ſuperſtes,
Qui mihi, dum licuit, Patris ad inſtar erat!
Sed meliora capit noſter novus incola coeli,
Quam charo huic capiti terra parare poteſt.
Ergo nec invideo PEISKERO tanta brabea,
Nec turbare volo, quæ manus alma refert:
Æternum potius debendi egomet reus illi
Hanc grator ſortem, qui mihi grata tulit.

*Æternæ memoriæ Suſceptoris ac Cognati optime de ſe meriti appoſuit*

JOH. GODOFREDVS BERGNER, Brandeb. Marchic.

---

O Traurens-voller Tag! daran der Fall geſchehn/
Daß ein ſo theurer Mann erblaſt darnieder liegt!
Der dieſe Schule kont' mit gröſten Ruhm vorſtehen/
Und der ſein heilig Ambt ſo eyffrig hat verricht.
Mich deucht/ ich ſehe ſchon/ wie alles ſey betrübet/
Wie Kirch und Schule ſeynd mit Trauer-Flor umhüllt/
Wie manche/ die er hat eh'mahlen ſtets geliebet/
Durch ſolchen Hintritt ſind mit Trauren angefült.
Ach! ich kan faſt vor Leyd die Feder nicht mehr führen/
Wann ich zurück gedenck/ daß dieſen theuren Mann
Ich ſolte nunmehr auch mit großem Leyd verliehren/
Der mir ſtets war geneigt/ und ſehr viel guts gethan.
Was aber iſt es doch/ was ich dir ſchuldig bin?
Ach! WERTHESTER/ ſehr viel/ mehr als ich abzutragen
Voritzo dir vermag/ ich weiß von deinem Sinn
Und große Huld zu mir bloß hohen Danck zu ſagen.
Nimb noch von meiner Hand ein Thrähnen-Opffer an;
Nebſt dieſem will ich nicht nur bloß in Cedern ſchreiben/
Was du durch Lehr und Rath offt haſt an mir gethan/
Nein! ich will ſelbiges dem Hertzen ein verleiben.
Und SJE/ ſo durch den Fall ſo in bittres Leid genommen/
SJE labt des Höchſten Güth/ mit dieſen troſtes-Wein:
Hat ihren theuren Schatz der Himmel weggenommen/
So wird der Himmel auch das Pfand des Troſtes ſeyn.
Ihr Thränen/ ſeth ihr nicht die theure Seele glåntzen/
Mit was vor Klahrhetis-Schein ſie ſteht vor GOttes-Thron?
Wolan! ſo hembt den Lauff/ und bleibt in euren Grăntzen/
Dann unſer SEELJGSTER/ prangt in der Himmels-Krohn.

Hiermit hat ſeine ſchuldigſte Condolenc wegen tödlichen Hintrit ſeines im leben Hochgeehrteſten Hn. Rectoris und Præceptoris, bezeugen wollen/

Johannes Gotfried Nurnberger/ Vitemb. Sax.
J. U. Stud. et Not. Publ. Cæſ.

† † †

Ung. VI 1

=[Occasionalia Vol. 2.
=Funeralia K–R.]

X 2855981

WB

1318

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770848-p0015-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770848-p0016-9

307

# SVPREMVM HONORIS OFFICIUM,

QVOD

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, DOCTISISMO ET PRAECELLENTISSIMO

DOMINO

# M. JOHANNI PEISKERO,

POET. LAVR. CAES. LYC.

OPPID. VITEMB. RECTORI MERITISSIMO, NEC NON ILLVSTRIS SOCIETATIS TEVTON. COLLEGAE,

DIE VII. FEBR. A. R. S. MDCCXI.

*PLACIDISSIMO FATO DEFVNCTO,*

XIII. EJUSD.

PVBLICE MAGNA ET SPLENDIDA

PATRVM AC CIVIVM

FREQVENTIA ELATO,

DOLORIS SIGNIFICANDI CAVSA

PRAESTITERVNT

PATRES AC CIVES ACADEM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770848-p0017-5